protulerunt judicia, quæ dextra alia sunt, alia sinist[illegible]
In hoc tamen omnes consentiunt, dum me Thucydideæ
brevitatis stylique Laconici Autorem vocitant; qui & ips[illegible]
talis omninò fui: nunquam enim non studui, ut verb[illegible]
paucis res plurimas complecterer: nec verborum co[illegible]
& rerum inopiâ lectoribus plus molestiæ quam grati[illegible]
crearem. Audite quædam de præcincta styli mei brev[illegible]
tate summorum Virorum censuras, quanquam nec ha[illegible]
omnem reprehensionis notam effugere potuerim.
Sic enim Romanæ porticus Zeno alicubi: Cum sit p[illegible]
cipua in Thucydide virtus brevitas, hac eum vicit Sa[illegible]
lustius, inque suis eum castris cecidit. Nam in sententi[illegible]
Græcis tam brevi habes, quæ salvo sensu detrahas. Dem[illegible]
vel συνεχῶς, vel συνετῶς: deme ἑκάστων, constabi[illegible]
sensus, etiamsi non æque comptus, æque tamen integer. At
ex Sallustii sententia, nihil demi sine detrimento sens[illegible]
potest. Suffragatur Tacitus, qui me rerum Romana[illegible]
florentissimum Scriptorem salutat, necnon Phavorin[illegible]
apud Agellium, qui subtilissimæ brevitatis artificiu[illegible]
mihi tribuit. Sallustianâ brevitate, inquit primus
Scholæ Rector Quintilianus, nihil apud aures vacua[illegible]
atque eruditas potest esse perfectius. Plures de hoc gene[illegible]
censuras in medium non profero, ne quid plus justo
de me prædicare videar. Obitus meus interim mone[illegible]
ut huic vitæ meæ descriptioni colophonem tandem impon[illegible]
Penetravi autem me ad plures quarto ante Bellum [illegible]
acum anno, & septimo post obitum Cæsaris, qui fuit Ann[illegible]
C. U. DCCXIX. M. Antonio & L. Scribonio Coss. posteaq[illegible]
vitam ad annum usque secundum sexagesimum inter plu[illegible]
rima adversa produxeram. Quid addam dictis nesci[illegible]
nisi hoc unum, quicquid est moniti; addere, ultro me[illegible]
mini Auditores, quod hodie, qui sexagenarius fui, ju[illegible]
nis compareverim. Quæ enim senectus hactenus omn[illegible]
in delectabilissimis illis Elysiis campis, Largior ubi

— — Campos æther & lumine vestit
Purpureo, solemque suum sua sidera norunt.